Multa modis simulacra videt volitantia miris,
Et varias audit voces, fruitúrque Deorum
Colloquio, atque imis Acheronta affatur Avernis.——

Virg. Æn. Lib. VII.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

ORACULA DELPHICA.

——————Tum torta priores
Stringit vitta comas, crinéſque in terga ſolutos
Candida Phocaicâ complectitur infula lauro.
——————Vaſtíſque adducta cavernis
Hæſit, & inſueto concepit pectore numen,
Quod non exhauſtæ per tot jam ſecula rupis
Spiritus ingeſſit vati : mentémque priorem
Expulit, atque hominem toto ſibi cedere juſſit
Pectore.——————————

——————Bacchatur demens aliena per antrum
Colla ferens, vittáſque dei, Phœbæáque ſerta
Erectis diſcuſſa comis, per inania templi
Ancipiti cervice rotat, ſpargítque vaganti
Obſtantes tripodas, magnóque exæſtuat igne,
Iratum te, Phœbe, ferens : nec verbere ſolo
Uteris : & ſtimulos, flammáſque in viſcera mergis.
Accipit & frænos : nec tantum prodere vati,
Quantum ſcire, licet,——————————

——————Venit ætas omnis in unam
Congeriem : miſerúmque premunt tot ſecula pectus.
Tanta patet rerum ſeries, atque omne futurum
Nititur in lucem : vocémque petentia fata
Luctantur : non prima dies, non ultima mundi,
Non modus Oceani : numerus non deerat arenæ.

Spumea

DELPHIC ORACLE.

The Prieſteſs every ſacred Rite prepares.
A Fillet gathers up her formoſt Hairs,
While the white Wreath and Bays her Temples bind,
And knit the looſer Locks which flow behind.
Cloſe to the holy breathing Vent ſhe cleaves,
And largely the unwonted God receives:
Nor Age the potent Spirit had decay'd,
But with full Force he fills the heaving Maid.
The mortal Mind, driv'n out, forſook her Breaſt,
And the ſole Godhead ev'ry Part poſſeſs'd.
Now ſwell her Veins, her turgid Sinews riſe,
And, bounding frantick, thro' the Cave ſhe flies:
Her briſtling Locks the wreathy Fillet ſcorn,
And her fierce Feet the tumbling *Tripods* ſpurn.
Now wild ſhe dances o'er the vacant Fane,
And whirls her giddy Head, and bellows with the Pain.
Nor yet the leſs, th' avenging wrathful God,
Pours in his Fires, and ſhakes his ſounding * Rod:
He laſhes now, and goads her on amain,
And now He checks her ſtubborn to the Rein,
Curbs in her Tongue, juſt lab'ring to diſcloſe
And ſpeak that Fate which in her Boſom glows.
Ages on Ages throng, a painful Load,
Myriads of Images, and Myriads croud:
Men, Times, and Things, or preſent, or to come,
Work lab'ring in her Breaſt, and urge for room.
Whatever is, ſhall be, or e'er has been,
Rolls in her Thought, and to her Sight is ſeen.
The Ocean's utmoſt Bounds her Eyes explore,
And number ev'ry Sand on ev'ry Shore:
Nature, and all her Marks, at once they ſee,
Know when ſhe firſt began, and when her End ſhall be.

* In theſe divine Furies the Prieſteſs ſeem'd to be driv'n along with Whips.

Spumea tunc primùm rabies vesana per ora
Effluit, & gemitus, & anhelo clara meatu
Murmura: tunc mœstus vastis ululatus in antris,
Extremæque sonant domitâ jam virgine voces.

Cætera suppressit, faucésque obstruxit Apollo.
———————Tunc pectore Vatis
Impactæ cessere fores, exclusaque templis
Prosiluit: perstat rabies, nec cuncta locuta est.
Quem non emisit, supersest Deus. illa feroces
Torquet adhuc oculos, totóque vagantia cœlo
Lumina, nunc vultu pavido, nunc torva minaci.
Stat nunquam facies: rubor igneus inficit ora,
Liventésque genas: nec qui solet esse timenti
Terribilis, sed pallor inest: nec fessa quiescunt
Corda:——Sed multa levant Suspiria vatem.

Dumque à luce sacrâ, quâ vidit fata, refertur
Ad vulgare jubar, mediæ venere tenebræ.
Immisit Stygiam Pæan in viscera Lethen,
Quæ raperet secreta deûm: tum pectore verum
Fugit, & ad Phœbi tripodas rediere futura:
Víxque refecta cadit.——— *Lucan.* Lib. V.

Quis latet hic superûm? quod numen ab æthere pressum
Dignatur cæcas inclusum habitare cavernas?
Quis terram cœli patitur Deus, omnia cursûs
Æterni secreta tenens, mundíque futuri
Conscius, ac populis sese proferre paratus,
Contactûsque ferens hominum, magnúsque, poténsque,
Sive canit fatum, seu quod jubet ille canendo,
Fit fatum? forsan terris inserta regendis,
Aëre libratum vacuo quæ sustinet orbem,
Totius pars magna Jovis Cyrrhæa per antra
Exit, & ætherio trahitur connexa Tonanti.

Hoc

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Hoc ubi virgineo conceptum est pectore numen;
Humanam feriens animam sonat, oráque vatis
Solvit.———————————

Hoc tamen expositum cunctis, nullíque negatum
Numen, ab humani solùm se labe furoris
Vindicat: haud illìc tacito mala vota susurro
Concipiunt: nam fixa canens, mutandáque nulli
Mortales optare vetat: justísque benignus
Sæpe dedit sedem totas mutantibus urbes,
Ut Tyriis dedit ille minas impellere belli,
Ut Salaminiacum meminit mare. Sustulit iras
Telluris sterilis, monstrato fine: resolvit
Aëra tabificum.——————— *Ibid.*

Ille deo plenus, tacitâ quem mente gerebat,
Effudit dignas adytis è pectore voces.
Quid quæri, Labiene, jubes? an liber in armis
Occubuisse velim potiùs, quàm regna videre?
An sit vita nihil, vel longa? an differat ætas?
An noceat vis ulla bono? fortunáque perdat
Oppositâ virtute minas? laudandáque velle

Sit

Whate'er the *Demon*, when He ſtands confeſs'd
Within his raging Prieſteſs' panting Breaſt,
Dreadful his Godhead from the Virgin breaks,
And thund'ring from her foamy Mouth He ſpeaks.—*Id.*
The gracious God, ſtill ready with Replies,
To none his Aid, or Oracle denies:
Yet wiſe, and righteous ever, ſcorns to hear
The Fool's fond Wiſhes, or the Guilty's Pray'r:
Tho', vainly, in repeated Vows they truſt,
None e'er find Grace before him, but the Juſt.
* Oft to a baniſh'd, wandring, houſeleſs Race,
The ſacred Dictates have aſſign'd a Place:
Oft from the Strong He ſaves the Weak, in War:
This Truth, ye *Salaminian* Seas declare!
And heals the barren Land, and peſtilential Air.— *Id.*

Full of the God that harbour'd in his Breaſt,
Thoughts worthy of a God great *Cato* thus expreſs'd.
† Whither, O *Labienus*, wouldſt Thou go?
What mighty Secrets doſt Thou want to know?
Is it a Doubt if Death ſhould be my Doom,
Rather than live till Kings and Bondage come:
Rather than ſee a Tyrant crown'd in *Rome*?
Or wouldſt Thou know if Life itſelf be aught?
Or what the Diff'rence 'twixt the long and ſhort?
Wouldſt Thou be told if all the World conjoyn'd,
Can ſhake, or hurt, the brave and honeſt Mind?
If ſtable Virtue can her Ground maintain,
While Fortune feebly threats and frowns in vain?

* The *Phœnicians*, driven by Earthquakes from their Habitations, were adviſed by the *Delphic Oracle*, to ſettle firſt at *Sidon*, and afterwards at *Tyre*. When *Greece* was invaded by *Xerxes*, the *Athenians* were adviſed by the ſame *Oracle*, to truſt to their wooden Walls, (their Ships) and, ſo doing, deſtroyed the *Perſians* at Sea, at the Engagement of *Salamis*. A Famine in *Egypt*, and the Plague at *Thebes*, were likewiſe remov'd by conſulting this Oracle.

† *Cato*, in his March thro' *Lybia*, being ſollicited by *Labienus*, in the Name of the whole Army, to conſult the Oracle of *Jupiter Ammon*, whoſe Temple they were then approaching, declares his Sentiments of ſuch Enquiries in a Manner becoming a brave and unſhaken Mind.

Sit satis, & nunquam successu crescat honestum?

Scimus, & hoc nobis non altiùs inserit Ammon.

Hæremus cuncti superis, templóque tacente
Nil agimus nisi sponte dei: non vocibus ullis
Numen eget: dixítque semel nascentibus autor,
Quicquid scire licet: sterileis nec legit arenas,
Ut caneret paucis, mersítque hôc pulvere verum.

Estne dei sedes nisi terra, & pontus, & aër,
Et cœlum, & virtus? superos quid quærimus ultra?
Jupiter est, quodcunque vides, quocunque moveris.

Sortilegis egeant dubii, semperque futuris
Casibus ancipites: me non oracula certum,
Sed mors certa facit: pavido, fortíque cadendum est.
Hoc satis est dixisse Jovem.——

——Sic ille profatur:
Servatâque fide templi discedit ab aris,
Non exploratum populis Ammona relinquens.——

Lucan. Lib. I

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

ORION.

—QUIS fata putaret
Scorpion, aut vires maturæ mortis habere?
Ille minax nodis, & recto verbere sævus,
Teste tulit cœlo victi decus Orionis.——

Lucan. Lib. IX.

Cernere vicinum Geminis licet Oriona
In magnam cœli tendentem brachia partem.
Nec minus extento surgentem ad sidera passu,
Singula fulgentes humeros cui lumina signant,
Et tribus obliquis demissus ducitur ensis.
Ad caput Orion excelso immensus Olympo
Per tria subducto signantur lumina vultu;
Non quòd clara minus, sed quòd magis alta recedant.
Hoc duce per totum decurrunt sidera mundum.——

Man. Lib. I.

OSIRIS. Vide BACCHUS.

PRimus aratra manu solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitavit humum.
Primus inexpertæ commisit semina terræ,
Pomaque non notis legit ab arboribus.
Hic docuit teneram palis adjungere vitem,
Hic viridem dura cædere falce comam.
Ille jucundos primum matura sapores
Expressa incultis uva dedit pedibus.
Ille liquor docuit voces inflectere cantu,
Movit & ad certos nescia membra modos.
Bacchus & agricolæ magno confecta labore
Pectora tristitiæ dissoluenda dedit.
Bacchus & afflictis requiem mortalibus affert,
Crura licet dura compede pulsa sonent.

ORION.

' HO that the Scorpion's Insect Form surveys,
Would think how ready Death his Call obeys?
at'ning, he rears his knotty Tail on high:
vast *Orion* thus he doom'd to die,
fix'd him, his proud Trophy, in the Sky.—*Rowe.*
ext the bright Twins, see great *Orion* rise:
Arms extended, stretch o'er half the Skies:
Stride as large: and, with a stately Pace,
narches on, and measures a vast Space.
ach broad Shoulder a bright Star's display'd,
three obliquely, grace his shining Blade.
vast Head, immerst in boundless Spheres,
e Stars less bright, but yet as great, he bears:
farther off remov'd, their Splendor's lost.
grac'd, and arm'd, he leads the starry Host.—*Creech.*

OSIRIS. See BACCHUS.

SIRIS first, to frame the Plow-share found,
And first with Steel tore up the tender Ground:
in th' unpractic'd Earth the Seed he threw,
first, from Trees unknown, ripe Apples drew.
prop'd the bending Branches of the Vine,
taught the clasping Tendrils where to twine:
une the shooting Trees with timely Care,
top the wild Luxuriance of the Year.
express the Wine first taught the Use,
nade the Vat o'erflow with gen'rous Juice.
tun'd the Voice to chant the charmful Song,
aught the Feet to bound in measur'd times along.
is to Country Swains oppress'd with Cares,
Courage, and dissolves invading Fears.
is gives Respite to the Wretch's Pains,
' with Fetters gall'd, and rattling Chains.

Non tibi sunt tristes curæ nec luctus, Osiri;
Sed chorus, & cantus, & levis aptus amor.
Sed varii flores, & frons redimita corymbis,
Fusa sed ad teneros lutea palla pedes.
Et Tyrii vestes, & dulcis tibia cantu,
Et levis occultis conscia cista sacris.—*Tibul.* I. Eleg. 8.

REGIA. Vide CONVIVIUM.

TEctum augustum, ingens, centum sublime columnis,
Urbe fuit summa, Laurentis regia Pici,
Horrendum sylvis, & relligione parentum.
Hinc sceptra accipere, & primos attollere fasces
Regibus omen erat: hoc illis curia templum,
Hæc sacris sedes epulis: hic ariete cæso
Perpetuis soliti patres considere mensis.
Quinetiam veterum effigies ex ordine avorum
Antiqua è cedro, Italúsque patérque Sabinus
Vitisator, curvam servans sub imagine falcem:
Saturnúsque senex, Janíque bifrontis imago,
Vestibulo astabant: aliique ab origine reges,
Martia qui ob patriam pugnando vulnera passi.
Multáque præterea sacris in postibus arma,
Captivi pendent currus, curvæque secures,
Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra,
Spiculáque, clypeíque, ereptáque rostra carinis.——
Æn. Lib. VII.

——Cereris—tecta nitebant
Cyclopum firmata manu. Stant ardua ferro
Mœnia; ferrati postes: immensáque nectit
Claustra chalybs. Nullum tanto sudore Pyracmon,
Nec Steropes, construxit opus: nec talibus unquam
Spiravere notis animæ: nec flumine tanto

Incoctum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Incoctum maduit lassa fornace metallum.
Atria vestit eburr : trabibus solidata aënis
Culmen, & in celsas surgunt electra columnas.——
Claud. de Rapt. Pros.

Ecce Palatino crevit reverentia monti,
Exultátque habitante Deo, potioráque Delphis
Supplicibus larè populis oracula pandit.
Non alium certè decuit rectoribus orbis
Esse Larem, nullóque magis se colle potestas
Æstimat, & summi sentit fastigia juris.
Attollens apicem subjectis regia rostris
Tot circum delubra videt, tantísque Deorum
Cingitur excubiis.——— *Claud. de sexto Cons. Hon.*

PANICUS TERROR. Vide TIMOR.

VAna quoque ad veros accessit fama timores,
Irrupítque animos populi, cladémque futuram
Intulit, & velox properantis nuntia belli
Innumeras solvit falsa in præconia linguas.

Ipsum omnes aquilas, collatáque signa ferentem
Agmine non uno, densísque incedere castris.
Nec, qualem meminere, vident ; majórque ferúsque
Mentibus occurrit.———

———Sic quisque pavendo
Dat vires famæ : nullóque autore malorum,

——Quæ

Nor ever ſuch a rolling Flood before,
Of molten Metal the hot Furnace bore.
The Hall with Ivory was cover'd round,
And Beams of Braſs the lofty Summit bound:
Amber in tow'ring Columns roſe on high,
And with it's golden Splendor charm'd the Eye.——
Hughes alter'd.

The *Palatine*, proud *Rome*'s imperial Seat,
(An awful Pile!) ſtands venerably Great:
Thither the Kingdoms and the Nations come,
In ſupplicating Crouds to learn their Doom:
To *Delphi* leſs th' enquiring Worlds repair,
Nor does a greater God inhabit there.
This ſure the pompous Manſion was deſign'd
To pleaſe the mighty Rulers of Mankind;
Inferior Temples riſe on either Hand,
And on the Borders of the Palace ſtand,
While o'er the reſt her Head ſhe proudly rears,
And lodg'd amidſt her Guardian Gods appears.— *Addiſon.*

PANIC FEAR. See FEAR.

MEanwhile the buſy Meſſenger of Ill,
Officious Fame, ſupplies new Terror ſtill:
A thouſand Slaughters, and ten thouſand Fears
She whiſpers in the trembling Vulgar's Ears:
But when approaching *Cæſar* they would paint,
The ſtronger Image makes Deſcription faint.
No Tongue can ſpeak, with what amazing Dread,
Wild Thought preſents him at his Army's Head:
Unlike the Man familiar to their Eyes,
Horrid he ſeems, and of gigantic Size:
Unnumber'd Eagles riſe amidſt his Train,
And Millions ſeem to hide the crowded Plain.
Thus Fear does half the Work of lying Fame,
And Cowards thus their own Misfortunes frame:
By their own feigning Fancies are betray'd,
And groan beneath thoſe Ills themſelves have made.

Nor

Quæ finxere, timent: nec ſolùm vulgus inani
Perculſum terrore pavet: ſed curia, & ipſi
Sedibus exiliere patres.——————

Tunc quæ tuta petant, & quæ metuenda relinquant,
Incerti: quò quemque fugæ tulit impetus, urgent
Præcipitem populum, ſerieque hærentia longâ
Agmina prorumpunt. Credas aut tecta neſandas
Corripuiſſe faces, aut jam quatiente ruinâ
Nutantes pendere domos.——————

——————Nullum jam languidus ævo
Evaluit revocare parens, conjùxve maritum
Fletibus: haud patrii (dubiæ dum vota ſalutis
Conciperent) tenuere Lares: nec limine quiſquam
Hæſit, & extremo tunc forſitan urbis amatæ
Plenus abit viſu: ruit irrevocabile vulgus.——

Lucan. Lib. I.

——————————Urbem
Attonitam terrore ſubit: namque ignibus atris
Creditur, ut captæ, rapturus mœnia Romæ,
Sparſurúſque Deos: fuit hæc menſura timoris.
Velle putant, quodcunque poteſt.—— *Lucan.* Lib. III.

PARENTES. Vide Educatio. Exemplum.

SErvius Oppidius Canusî duo prædia, dives
Antiquo cenſu, gnatis diviſſe duobus
Fertur, & hoc moriens pueris dixiſſe vocatis
Ad lectum: Poſtquam te talos, Aule, nucéſque

Ferre

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

Ferre ſinu laxo, donare, & ludere vidi :
Te, Tiberî, numerare, cavis abſcondere triſtem ;
Extimui, ne vos ageret veſania diſcors :
Tu Nomentanum, tu ne ſequerere Cicutam.

Quare per Divos oratus uterque Penates,
Tu cave ne minuas : tu ne majus facias id,
Quod ſatis eſſe putat pater, & natura coërcet.

Præterea ne vos titillet gloria, jure——
Jurando obſtringam ambo : uter Ædilis fuerit, vel
Veſtrum Prætor, is inteſtabilis, & ſacer eſto.——
Hor. Lib. II. Sat. 3.

Vivite contenti caſulis & collibus iſtis,
O Pueri, Marſus dicebat——olim :
————Panem quæramus aratro,
Qui ſatis eſt menſis.————
Hæc illi veteres præcepta minoribus : at nunc
Poſt finem autumni mediâ de nocte ſupinum
Clamoſus juvenem pater excitat : accipe ceras,
Scribe, puer, vigila, cauſas age, perlege rubras
Majorum leges, aut vitem poſce libello.

————Sed grandes miretur Lælius alas.
Dirue Maurorum attegias, caſtella Brigantûm,
Ut locupletem aquilam tibi ſexageſimus annus
Afferat :—aut longos caſtrorum ferre labores
Si piget, & trepido ſolvunt tibi cornua ventrem
Cum lituis audita, pares, quod vendere poſſis
Pluris dimidio, nec te faſtidia mercis
Ullius ſubeant ablegandæ Tiberim ultra.

—Lucri

And when I saw thee careless of thy Toys,
And freely give thy Nuts to other Boys:
And You, *Tiberius*, count them o'er and o'er,
And hoard them up, increasing still your Store:
I fear'd, both mad, would diff'rent Vices chuse,
And One be covetous, and One profuse.
Wherefore I charge You both, by all that's dear,
As You my Blessing hope, or Curses fear,
That neither You consume your small Estate,
Nor You increase, but live content on That:
Since all your proper Wants it will supply,
And Nature thinks enough as well as I.
And lest You be Ambitious, hear my Oath:
Observe, I leave this Curse upon You both:
He that of You shall be *Ædilis* first,
Or ev'n a *Prætor*, let him be accurs'd!— *Creech* alter'd.
Observe, how ancient *Marsus* did advise:
My Sons! let these small Cotts and Hills suffice:
Let Us the Harvest of our Labour eat:
'Tis Labour makes the coarsest Diet sweet.
The wiser Antients these Instructions gave:
But now a covetous old crafty Knave,
At dead of Night, shall rouze his Son, and cry,
Turn out, You Rogue! how like a Beast You lie:
Go, buckle to the Law: is this an Hour
To stretch your Limbs!—You'll ne'er be Chancellor.
Or else, yourself to *Lelius* recommend,
To such broad Shoulders *Lelius* is a Friend:
Fight under him, there's Plunder to be had:
A Captain is a very gainful Trade:
And when in Service your best Days are spent,
In time You may command a Regiment.
But if the Trumpet's Clangor You abhor,
And cannot undergoe the Toils of War,
Take to a Shop, behind a Counter lie,
Cheat half in half: none thrive by Honesty.
Never reflect upon the sordid Ware
Which You expose: be Gain your only Care.

He

——————Lucri bonus est odor ex re
Quâlibet. Illa tuo sententia semper in ore
Versetur, Dis atque ipso Jove digna, Poetæ:
Unde habeas quærit nemo: sed oportet habere.——
Juv. Sat. XIV.

——Hoc est patrem esse! aut hoc est filium esse!
Si frater aut sodalis esset, quî magi' morem gereret?
Hic non amandus! hiccine non gestandus in sinu est! hem,
Itaque adeò magnam mî injecit suâ commoditate curam,
Nè fortè imprudens faciam, quod nolit, sciens cavebo.—
Teren. Adelph.

VALEDICTIO. DISCESSUS.

TUM pater Evandrus dextram complexus euntis
Hæret inexpletum lachrymans, ac talia fatur:
O mihi præteritos referat si Juppiter annos!
Qualis eram,——Prenestè sub ipsa,
Non ego nunc dulci amplexu divellerer usquam,
Nate, tuo.——————————
At vos, ô superi, & Divûm tu maxime rector
Juppiter, Arcadii quæso miserescite regis,
Et patrias audite preces. Si numina vestra
Incolumem Pallanta mihi, si fata reservant:
Si visurus eum vivo, & venturus in unum:
Vitam oro: patiar quemvis durare laborem.
Sin aliquem infandum casum, Fortuna, minaris:
Nunc ô, nunc liceat crudelem abrumpere vitam:
Dum curæ ambiguæ, dum spes incerta futuri:
Dum te, care puer, mea sera & sola voluptas,
Complexu teneo: gravior ne nuncius aures
Vulneret.—Hæc genitor digressu dicta supremo

Fundebat:

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Fundebat: famuli collapſum in tecta ferebant.——
Virg. Æn. VIII.

Tu quoque quamprimùm——————
Si pietas ulla eſt, ad me, Philomela, redito.
Mandabat: pariterque ſuæ dabat oſcula natæ:
Et lachrymæ mites inter mandata cadebant.
Supremúmque Vale, pleno ſingultibus ore,
Vix dixit: timuítque ſuæ præſagia mentis.——
Ovid. Met. Lib. VI.

Parat ire,————protinus intima frigus
Offa receperunt: buxóque ſimillimus ora
Pallor obit: lachrymíſque genæ maduere profuſis.
Ter conata loqui, ter fletibus ora rigavit:
Singultúque pias interrumpente querelas.——
Ovid. Met. Lib. XI.

Protinus eductam navalibus æquore tingi,
Aptaríque ſuis pinum jubet armamentis.
Qua rurſus viſa, veluti præſaga futuri,
Horruit Halcyone: lachrymáſque emiſit obortas:
Amplexúſque dedit: triſtíque miſerrima tandem
Ore, Vale, dixit: collapsáque corpore tota eſt.
Aſt juvenes, quærente moras Ceyce, reducunt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos:
Æqualíque ictu ſcindunt freta.——Suſtulit illa
Humentes oculos: ſtantémque in puppe recurva,
Concuſsáque manu dantem ſibi ſigna maritum
Prima videt: reddítque notas. Ubi terra receſſit
Longius, atque oculi nequeunt cognoſcere vultus:
Dum licet, inſequitur fugientem lumine pinum.

Hæc quoque ut haud poterat ſpatio ſubmota videri,
Vela tamen ſpectat ſummo fluitantia malo.
Ut nec vela videt, vacuum petit anxia Lectum:
Seque toro ponit. Renovat lectúſque locúſque

Before that fatal News my Soul ſhall wound!——
The Servants bear him fainting to his Court.—— *Dryden.*
——————————My *Philomel*,
If any Senſe of Duty ſways your Mind,
Let me from You the ſhorteſt Abſence find.
He wept: then kiſs'd his Child: and while he ſpeaks,
The Tears fall gently down his aged Cheeks:
While, in a Voice, with dire Forebodings broke,
Sobbing, and faint, the laſt Farewel was ſpoke.—*Croxall.*
But when * ſhe ſaw her Lord prepar'd to part,
A deadly Cold ran ſhiv'ring to her Heart:
Her faded Cheeks are chang'd to boxen Hue,
And in her Eyes the Tears are ever new:
She thrice eſſay'd to ſpeak, but thrice in vain,
For Sobs and Sighs her falt'ring Voice reſtrain.—*Dryd.*alt.
He ſoon equips the Ship, ſupplies the Sails,
And gives the Word to launch. ——She trembling views
This Pomp of Death, and parting Tears renews:
Then claſp'd him round, and took a long Farewel,
Sigh'd with a ſad Preſage, and ſwooning fell.
While *Ceyx* ſeeks Delays, the luſty Crew,
Rais'd on their Banks, their Oars in order drew
To their broad Breaſts:—away the Veſſel flew.
The Queen, recover'd, rears her humid Eyes,
And firſt her Huſband on the Poop eſpies,
Shaking his Hand, at Diſtance, on the Main:
She took the Sign, and ſhook her Hand again.
Still as the Ground receeds, contracts her View
With ſharpen'd Sight, till ſhe no longer knew
The much lov'd Face: that Comfort loſt ſupplies
With leſs, and now the Galley feeds her Eyes:
The Galley, born from view, by riſing Gales,
She follows with her Sight the flying Sails:
When ev'n the flying Sails are ſeen no more,
Forſaken of all Sight ſhe leaves the Shore:
And on her lonely Bed her Body throws,
Hoping to gain ſome Reſpite from her Woes:

* *Alcyone.*

Halcyones lachrymas; & quæ pars admonet abire.

Undique collatis in robur Cæsaris armis,
Summa videns duri magnus discrimina Martis
Jam castris instare suis, seponere tutum
Conjugii decrevit onus, Lesbóque remotâ
Te procul à sævi strepitu, Cornelia, belli
Occulere.———————

———Mentem jam verba paratam
Destituunt, blandæque juvat ventura trahentem
Indulgere moræ, & tempus subducere fatis.

Nocte sub extremâ, pulso torpore quietis
Dum fovet amplexu gravidum Cornelia curis
Pectus, & aversi petit oscula grata mariti,
Humentes mirata genas, percussáque cæco
Vulnere, non audet flentem deprendere magnum.

Ille gemens, non nunc, vitâ mihi dulcior, inquit,
Cùm tædet vitæ, læto sed tempore, conjux,
Venit mœsta dies, & quam nimiúmque, parúmque
Distulimus: jam totus adest in prœlia Cæsar.

Cedendum est bellis, quorum tibi tuta latebra
Lesbos erit: desiste preces tentare: negavi
Jam mihi.———————

———————Vix tantum infirma dolorem
Cepit, & attonito cesserunt pectore sensus.

Tar

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

Tandem ut vox mœstas potuit proferre querelas,
Nil mihi de fatis thalami, superísque relictum est,
Magne, queri: nostros non rumpit funus amores,
Nec diri fax summa rogi: sed sorte frequenti
Plebeiâque nimis careo dimissa marito.

——Sic est tibi cognita, Magne,
Nostra fides? credísne aliquid mihi tutius esse,
Quàm tibi? nonne olim casu pendemus ab uno?

——Sic fata, relictis
Exiluit stratis amens, tormentáque nullâ
Vult differre morâ: non mœsti pectora Magni
Sustinet amplexu dulci, non colla tenere:
Extremúsque perit tam longi fructus amoris:
Præcipitántque suos luctus: neutérque recedens
Sustinuit dixisse vale: vitámque per omnem
Nulla fuit tam mœsta dies.——

Labitur infelix, manibúsque excepta suorum
Fertur ad æquoreas, ac se prosternit, arenas,
Littoráque ipsa tenet, tandémque illata carinæ est.——
Lucan. Lib. V.

ANIMI AFFECTUS. Vide FLUCTUATIO.

UT ridentibus arrident, ita flentibus adsunt
Humani vultus. Si vis me flere, dolendum est
Primùm ipsi tibi: tunc tua me infortunia lædent.——

——Tristia mœstum
Vultum verba decent: iratum, plena minarum:

Ludentem,

Motion, and Life, and Speech at length returns,
And thus, in Words of heavieſt Woe ſhe mourns.
No, *Pompey*! 'tis not that my Lord is dead,
'Tis not the Hand of Fate has robb'd my Bed:
But like ſome baſe Plebeian I am curſt,
And by my cruel Huſband ſtand divorc'd.
Is thy *Cornelia*'s Faith ſo poorly known,
That Thou ſhouldſt think her ſafer whilſt alone?
Are not our Loves, our Lives, our Fortunes one?
This ſaid, the Matron ſtart'd from her Bed,
And, wild with Sorrow, from her Huſband fled:
She ſees all ling'ring, all Delays are vain,
And ruſhes, headlong, to poſſeſs the Pain:
Nor will the Hurry of her Griefs afford
One laſt Embrace from her forſaken Lord.
How piteous was the parting of theſe two!
After a Love ſo laſting and ſo true,
Neither could bear to ſpeak the Word——Adieu.
In all the woeful Days that croſs'd their Bliſs,
Sure never Hour was known ſo ſad as this!
Low on the Ground the fainting Dame is laid;
Her Train officious haſten to her Aid:
Then gently rearing, with a careful Hand,
Support her, ſlow-deſcending o'er the Strand.
There, while with eager Arms ſhe graſp'd the Shore,
Scarcely the Mourner to the Bark they bore,— *Rowe* alt.

PASSIONS. See DOUBT.

AS Grief grows mutual, Joy produces Joy,
For Face to Face conveys ſtrong Sympathy.
Wouldſt Thou have me with Tears thy Sorrow ſhare?
Weep firſt thyſelf, and let thy Woes appear:
'Tis then to ſoft Compaſſion I incline,
Then Fancy works, and thy Misfortune's mine.
The Cholerick muſt rage, the Sad complain,
The Grave be ſerious, and the Frolick vain;

Ludentem, lascivum: severum, seria dictu.
Format enim Natura priùs nos intus ad omnem
Fortunarum habitum: juvat, aut impellit ad iram,
Aut ad humum mœrore gravi deducit, & angit;
Post effert animi motus interprete linguâ.——

Hor. Art. Poet.

Nisi purgatum est pectus, quæ prælia nobis,
Atque pericula tunc ingratis insinuandum!
Quantæ conscindunt hominem Cupidinis acres
Sollicitum curæ! Quantique perinde timores!
Quidve superbia, spurcities, petulantia, quantas
Efficiunt cladeis! Quid luxus, desidiésque!——

Lucret. Lib. V.

Latiùs regnes avidum domando
Spiritum, quàm si Lybiam remotis
Gadibus jungas, & uterque Pœnus
Serviat uni.——— *Hor.* Lib. II. Ode 2.

Luctantur: pectusque leve in contraria ducunt
Hac amor, hac odium: sed puto vincet amor.

Odero, si potero: si non, invitus amabo.
Nec juga taurus amat: quæ tamen odit, habet.

Nequitiam fugio: fugientem forma reducit;
Aversor morum crimina, corpus amo.

Sic ego nec sine te, nec tecum vivere possum:
Et videor voti nescius esse mei.
Aut formosa fores minus, aut minus improba vellem:

Non

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Non facit ad mores tam bona forma malos.
Facta merent odium : facies exorat amorem :
Me miserum, vitiis plus valet illa suis!——
Ovid. Amor. Lib. III. El. 10.

PATIENTIA. Vide CONSOLATIO.

—QUO fata trahunt retrahúntque, sequamur :
Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo
est.—— *Virg. Æn.* Lib. V.

————Levius fit Patientiâ,
Quicquid corrigere est nefas.—— *Hor.* Lib. I. Ode 14.
Perfer & obdura : dolor hic tibi proderit olim :
Sæpe tulit lassis succus amarus opem.——
Ovid. III. *Amor.* 10.
————Gaudet patientia duris.—— *Ibid.*
Quod fuit durum pati
Meminisse dulce est.—— *Seneca.*
Ponamus nimios gemitus : flagrantior æquo
Non debet dolor esse viri, nec vulnere major.——
Juv. Sat. XIII.

PATRIÆ AMATOR.

UNI quippe vacat studiísque odiísque carenti,
Humanum lugere genus.——
————Hi mores, hæc duri immota Catonis
Secta fuit, servare modum finémque tenere,
Naturámque sequi, patriæque impendere vitam,

Nec

How diff'rent are thy Manners, and thy Sight?
Thy Deeds forbid Us, but thy Eyes invite.
Thy Actions ſhock Us, while thy Beauty moves:
And He who hates thy Faults, thy Perſon loves.
Ah! happy, ever happy ſhould I be,
If I no Charms, or no Defects could ſee.— *Anon.* alter'd.

PATIENCE. See CONSOLATION.

—WHere-e'er the Fates
Call, or recall Us, let Us follow ſtill:
Whate'er it be, all Fortune is ſubdu'd
By Patience.———— *Trap.*
Evils, for which we no Redreſs can find,
Patience makes leſs afflictive to the Mind.——
With Patience ſuffer. What You now endure,
In time to come may Happineſs enſure:
By bitter Draughts the Sick oft find a Cure.——
Patience delights with Evils to contend,
Misfortunes that are grievous to ſupport,
Are in Remembrance ſweet.————
Let's curb our Paſſions, nor too much complain:
Grief ſhould be check'd, and it becomes a Man
To let it riſe no higher than his Pain.—— *Creech.*

PATRIOT.

NO Stings of private Hate his Peace moleſt,
Nor partial Favour grew upon his Breaſt:
But ſafe from Prejudice * he kept his Mind,
Free, and at Leiſure to lament Mankind.
Theſe were the ſtricter Manners of the Man,
And this the ſtubborn Courſe in which they ran:
The golden Mean, unchanging, to purſue:
Conſtant to keep the purpos'd End in view:
Religiouſly to follow Nature's Laws,
And die, with Pleaſure, in his Country's Cauſe;

* *Cato.*

To

Nec ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo.
Huic epulæ viciſſe famem, magníque penates
Submoviſſe hyemem tecto, pretiosáque veſtis
Hirtam membra ſuper Romano more Quiritis
Induxiſſe togam : Venerísque huic maximus uſus,
Progenies : urbi pater eſt, urbíque maritus,
Juſtitiæ cultor, rigidi ſervator honeſti,
In commune bonus : nullóſque Catonis in actus
Subrepſit, partémque tulit ſibi nata voluptas.——
Lucan. Lib. II.

——————Patriam tutore carentem
Excipit, & populo trepidantia membra refovit.
Ignavis manibus projectos reddidit enſes :
Nec regnum cupiens geſſit civilia bella,
Nec ſervire timens : nil causâ fecit in armis
Ipſe ſuâ.————
Lucan. Lib. IX.

PAX.

ASpera tum poſitis miteſcent ſæcula bellis.
Cana Fides, & Veſta, Remo cum fratre Quirinus,
Jura dabunt : diræ ferro & compagibus arctis
Claudentur belli portæ : Furor impius intus
Sæva ſedens ſuper arma, & centum vinctus ahenis
Poſt tergum nodis, fremet horridus ore cruento.——
Virg. Æn. Lib. I.

——Pax

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

——Pax arva colat : Pax candida primum
Duxit araturos ſub juga curva boves.
Pax aluit vites, & ſuccos condidit uvæ,
Funderet ut nato teſta paterna merum.
Pace bidens, vomérque vigent: at triſtia duri
Militis in tenebris occupat arma ſitus.—*Tibul.* L. I. El. 10.

——Nobis Pax alma veni, ſpicámque teneto :
Perfluat & pomis candidus ante ſinus.——

Ibid.

——Pax optima rerum,
Quas homini noviſſe datum eſt : Pax una triumphis
Innumeris potior : Pax cuſtodire ſalutem,
Et cives æquare potens.—— *Silius Ital.* Lib. II.

——Trahimur ſub nomine pacis.
Non chalybem gentes penitus fugiente metallo
Eruerent, nulli vallarent Oppida muri,
Non ſonipes in bella ferox, non iret in æquor
Turrigeras Claſſis pelago ſparſura carinas,
Si bene libertas unquam pro pace daretur.—*Lucan.* L. IV.

——Jam reſpice canos,
Invalidáſque manus, & inanes cerne lacertos.
Uſus abit vitæ : bellis conſumpſimus ævum.
Ad mortem dimitte ſenes : en improba vota:
Non duro liceat morientia ceſpite membra
Ponere, non animâ galeam fugiente ferire,
Atque oculos morti clauſuram quærere dextram,
Conjugis illabi lachrymis, uníque paratum
Scire rogum : liceat morbis finire ſenectam :
Sit præter gladios aliquod ſub Cæſare fatum.——

Lucan. Lib. V.

——Ipſa tubarum
Armorúmque potens, dextram, qua fortia turbat
Agmina, qua ſtabiles portas & mœnia vellit,
Jam levibus laxat ſtudiis, haſtámque reponit:
Inſolitíſque docet galeam miteſcere ſertis.

Ferrarius

ıe firſt, white Peace, the Earth with Plough-ſhares
. bent the Oxen to the crooked Yoke : [broke,
: rear'd the Vine, and hoarded firſt with Care
Father's Vintage for his drunken Heir.—— *Addiſon.*
ɜ plies the Prong, and brights the ſhining Share ;
eating Ruſt deſtroy the Tools of War.—— *Dart.*
ome, foſt'ring Peace, to Us, and kindly bear
ıy fair Hand the Harveſt's golden Ear :
. from thy Lap with laviſh Plenty pour
: Apples, and the Garden's bounteous Store.— *Dart.*
eace is the greateſt Good Mankind can know :
ɜ, Peace alone, outweighs a thouſand Triumphs :
ɜ, the dear Bleſſing of Security,
ıll impartial, gives.——————
y the fair Name of Peace we are betray'd.——
ıe deep in Mines would dig the brazen Ore,
k out the Trench, or raiſe the lofty Tow'r ;
r would the Steed in Armour ſeek the Plain,
leets encounter on th' unſtable Main,
berty could well be chang'd for Peace.——
ſee at length ! with Pity, *Cæſar*, ſee
with'ring Arms, theſe Hairs grown white for Thee.
ıful Wars our joyleſs Days have paſs'd,
ary Age lie down in Peace at laſt :
's, on Beds, our dying Limbs to lay,
;h, at home, our parting Souls away :
poor Babes, and weeping Wives be by,
our drooping Eye-lids when we die.
ıful, and let Diſeaſe afford
ıer Way to die, beſide the Sword :
› more a common Carnage burn,
ɔe laid in his own decent Urn.—— *Rowe.*
aid Armipotent, that dreadful Pow'r,
's th' embattl'd Hoſt, and ſhakes the ſolid Tow'r,
r Spear, and all her War-attire,
y mixes with the ſofter Quire :
r of her Helm, the Warrior's Pride,
fair Roſes innocently hide :

Ferratus lascivit apex, horrúrque recessit
Martius, & cristæ pacato fulgure vernant.——

Claud. Rapt. Pr

COLONUS. Vide Vita Rustica.

O Fortunatos nimicum, sua si bona nôrint,
Agricolas! quibus ipsâ, procul discordibus armis,
Fundit humo facilem victum justissima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis vomit ædibus undam:
Nec varios inhiant pulchra testudine postes,
Illusásque auro vestes, Ephyreïasque aera:
Alba neque Assyrio fucatur lana veneno.
At secura Quies, & nescia fallere vita,
Dives opum variarum; at latis otia fundis,
Speluncæ, vivíque lacus: at frigida Tempe,
Mugitúsque boum, molléque sub arbore somni
Non absunt. Illic saltus, ac lustra ferarum,
Et patiens operum parvóque assueta juventus,
Sacra Deûm, sanctíque patres: extrema per illos
Justitia excedens terris vestigia fecit.——

Virg. Geor. II.

Fortunatus & ille Deos qui novit agrestes,
Panáque, Sylvanúmque senem, Nymphásque sorores!
Illum non populi fasces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans discordia fratres,
Aut conjurato descendens Dacus ab Istro:
Non res Romanæ, perituraque regna: neque ille
Aut doluit miserans inopem, aut invidit habenti.
Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura
Sponte tulere suâ, carpsit: nec ferrea jura,
Insanúmque forum, aut populi tabularia vidit.—— *Ibid*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Agricola incurvo terram dimovit aratro:
Hinc anni labor, hinc patriam, parvóſque nepotes
Suſtinet: hinc armenta boum, meritóſque juvencos.
Nec requies: quin, aut pomis exuberet annus,
Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi:
Proventúque oneret ſulcos, atque horrea vincat.
Venit hyems: teritur Sicyonia bacca trapetis:
Glande ſues læti redeunt: dant arbuta ſylvæ:
Et varios ponit fœtus autumnus: & alte
Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis.

Interea dulces pendent circum oſcula nati:
Caſta pudicitiam ſervat domus: ubera vaccæ
Lactea demittunt: pinguéſque in gramine læto
Inter ſe adverſis luctantur cornibus hœdi.—— *Ibid.*

Nil vetitum feciſſe volet, quem non pudet alto
Per glaciem perone tegi: qui ſummovet Euros
Pellibus inverſis. Peregrina, ignotáque nobis
Ad ſcelus atque nefas, quodcúnque eſt, purpura ducit.—
Juv. Sat. XIV.

Ceſpes Tyrio mollior oſtro,
Solet impavido, ducere ſomnos.
Aurea rumpunt tecta quietem,
Vigiléſque trahit purpura noctes.
Tenet è patula pocula fago,
Sed non trepida tenet ipſa manu.
Carpit faciles viléſque cibos,
Sed non ſtrictos reſpicit enſes.
Conjux modico nupta marito
Non diſpoſito clara monili
Geſtat pelagi dona rubentis,
Nec gemmiferas detrahit aures
Lapis Eoa lectus in unda:

Nec

ıe Farmer with the crooked Plow upturns
Glebe: from hence his annual Labour: hence
Children, and his Country He ſuſtains,
owing Herds, and well-deſerving Steers.
'auſe, but ſtill with Fruit the Year abounds:
ı Apples, or th' Increaſe of Ewes and Kine,
vith full Sheaves of Corn, the Gift of *Ceres*:
oads the Furrows, and o'erpow'rs the Barns.
er comes on: the Preſſes bruiſe the Fruit
icyonian Olives: Fat with Maſt
Swine return: the Woods their Berries yield:
mn it's various Product too reſigns:
Summer on high Rocks the Vintage ſwells.
ı-while their tender Parents Kiſſes round
g the ſweet Babes: the Family all chaſte,
e and ſpotleſs Modeſty preſerves.
Kine their Dugs with Milk diſtended bring:
the fat ſportive Kids in Paſtures green
on the Turf, and puſh with butting Horns.—— *Id.*
ıe Country Peaſant meditates no Harm,
n clad with Skins of Beaſts to keep him warm,
'inter Weather, unconcern'd he goes
oſt Knee-deep thro' Mire, in clumſy Shoes:
dwells in Palaces, is richly dreſt,
e glows in Scarlet, and the *Tyrian* Veſt.—*Dryd.* jun.
Stretch'd on the Turf in Sylvan Shades,
No Fear the Peaſant's Reſt invades:
While gilded Roofs, and Beds of State,
Perplex the Slumbers of the Great.
Secure, he rears the beachen Bowl,
With ſteady Hand, and fearleſs Soul.
Pleas'd with his plain and homely Meats,
No Swords ſurround him as He eats.
His modeſt Wife, of Virtue try'd,
Knows not th' expenſive Arts of Pride:
Her Neck no circling Jewels wears,
No Pearls depending load her Ears:

Nec Sidonio mollis aheno
Repetita bibit lana rubores:
Nec Mæonia distinguit acu
Quæ Phœbeis subditus Euris
Legit Eois Ser arboribus.
Quælibet herbæ tinxere colos,
Quas indoctæ nevere manus:
Sed non dubios fovet illa toros.
Sequitur dira lampade Erynnis
Quorum populi coluere diem.— *Senec. Herc. Œ.*

HOMINES Primævi. Vide Ætas Aurea.

NEcdum res igni scibant tractare, nec uti
Pellibus, & spoliis corpus vestire ferarum:
Sed nemora, atque cavos monteis, sylvásque colebant,
Et frutices inter condebant squalida membra,
Verbera ventorum vitare, imbreísque coacti.
Nec commune bonum poterant spectare, nec ullis
Moribus inter se scibant, nec legibus uti.
Quod cuique obtulerat prædæ fortuna, ferebat,
Sponte sua sibi quisque valere & vivere doctus.
Et manuum mira freti virtute, pedúmque,
Consectabantur silvestria sæcla ferarum
Missilibus saxis, & magno pondere clavæ,
Multaque vincebant, vitabant pauca latebris:
Setigerísque pares suibus silvestria membra
Nuda dabant terræ nocturno tempore capti,
Circum se foliis ac frondibus involventes.

Inde casas postquam, ac pelleis, ignémque parârunt,
Et mulier conjuncta viro concessit in unum:
Castaque privatæ Veneris connubia læta
Cognita sunt, prolémque ex se videre creatam:
Tum genus humanum primùm mollescere cœpit.

Tunc & amicitiam cœperunt jungere habentes
Finitima inter se, nec lædere, nec violare.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

e magiſtratum partim docuere creare,
ue conſtituêre, ut vellent legibus uti:
genus humanum defeſſum vi colere ævum,
nimicitiis languebat: quò magis ipſum
ite ſua cecidit ſub leges, arctaque jura.— *Lucret.* V.

Condere cœperunt tum urbes, arcémque locare
æſidium reges ipſi ſibi, perfugiúmque:
t pecudes, & agros diviſere, atque dedêre
ro facie cujuſque, & viribus, ingenióque:
Nam facies multùm valuit, viréſque vigebant.— *Ibid.*

Nam rudis ante illos, nullo diſcrimine vita
In ſpeciem converſa operum ratione carebat,
Et ſtupefacta novo pendebat lumine mundi:
Tum velut amiſſis mœrens, tum læta renatis
Syderibus, variióſque dies, incertaque noctis
Tempora, nec ſimiles umbras jam ſole regreſſo
Jam propriore, ſuis poterat diſcernere cauſis.

Necdum etiam doctas ſolertia fecerat artes,
Terráque ſub rudibus ceſſabat vaſta colonis.
Tuncque in deſertis habitabat montibus aurum,
Ignotúſque novos pontus ſubduxerat orbes.
Nec vitam pelago, nec ventis credere vota
Audebant, ſed quiſque ſatis ſe noſſe putabat.—
Manil. Li

PERJURIUM.

QUAM facile & pronum eſt ſuperos contemnere
Si mortalis idem nemo ſciat! aſpice quantâ

This made them Laws enact, and led their Choice
To Rulers: Power was giv'n by public Voice:
For Men, worn out, and tir'd by constant Strife,
Began at last to wish a quiet Life:
And so submitted, of their own accord,
To rigid Laws, and their elected Lord.—— *Creech.*

Kings then began to build them Towns and Forts,
Wherein to live secure, and keep their Courts:
'Mongst all they shar'd the Cattle and the Ground,
And round each Portion mark'd the steady Bound.
Each his Allotment had, as seem'd most fit,
According to his Beauty, Strength, or Wit:
For Beauty, then, and Strength were most esteem'd.——
Creech alter'd.

Before that Time Life was an artless State,
Of Reason void, and thoughtless in Debate:
Nature lay hid in deepest Night below:
None knew her Wonders, and none car'd to know.
Men Upwards look'd, they saw the circling Light,
Pleas'd with the Fires, and wonder'd at the Sight:
The Sun, when Night came on, withdrawn, they griev'd,
As dead: and joy'd next Morn, when he reviv'd.
But why the Nights grew long, or short, the Day
Was chang'd, and Shadows varied with the Ray,
Shorter at his Approach, and longer grown
At his Remove, the Causes were unknown.
Arts were not then found out, the desart Plains
Were unmanur'd, nor fed the idle Swains:
Ev'n Gold in Hills lay hid, then none resign'd
Their Lives to Seas, or Wishes to the Wind:
Confin'd their Search, they knew themselves alone,
And thought that only worthy to be known.—— *Creech.*

PERJURY.

HOW ready now is every Wretch to swear:
How fearless to affront the conscious Gods,
If so from Man he may his Guilt conceal!

Voce neget! quæ sit ficti constantia vultûs!

Per Solis radios, Tarpeiáque fulmina jurat,
Et Martis frameam, & Cirrhæi spicula vatis:
Per calamos venatricis, pharetrámque puellæ,
Perque tuum, pater Ægæi Neptune, tridentem:
Addit & Herculeos arcus, hastámque Minervæ,
Quicquid habent telorum armamentaria cœli.
Si verò pater est, comedam, inquit, flebile gnati
Sinciput elixi, Pharióque madentis aceto.——

Juv. Sat. XIII.

——Tunc te sacra ad delubra vocantem
Præcedit, trahere imò ultrò, ac vexare paratus.
Nam cùm magna malæ supersit audacia causæ,
Creditur à multis fiducia.—— *Ibid.*

Postquam cupidæ mentis satiata libido est,
Verba nihil metuere, nihil perjuria curant.—— *Catull.*

PHILOSOPHIA.

FElix qui potuit rerum cognoscere causas:
Atque metus omnis & inexorabile fatum
Subjecit pedibus, strepitúmque Acherontis avari!——

Virg. Georg. Lib. II.

Suave, mari magno turbantibus æquora ventis,
E terra magnum alterius spectare laborem:
Non quia vexari quemquam 'st jucunda voluptas,
Sed, quibus ipse malis careas, quia cernere suave 'st.
Suave etiam belli certamina magna tueri,
Per campos instructa, tua sine parte pericli:
Sed nil dulcius est, benè quàm munita tenere
Edita doctrina sapientum templa serena:

Despicere

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Despicere unde queas alios, passimque videre
Errare, atque viam palanteis quærere vitæ,
Certare ingenio, contendere nobilitate,
Noctcis atque dies niti præstante labore
Ad summas emergere opes, rerúmque potiri.——
Lucret. Lib. II.

Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt: sic nos in luce timemus
Interdum nihilo quæ sunt metuenda magis, quàm
Quæ pueri in tenebris pavitant, fingúntque futura.
Hunc igitur terrorem animi, tenebrásque necesse 'st
Non radii solis, neque lucida tela diei
Discutiant; sed naturæ species, ratioque,—— *Ibid.*

Si possent homines, proinde ac sentire videntur,
Pondus inesse animo quod se gravitate fatiget,
E quibus id fiat causis quoque noscere, & unde
Tanta mali tanquam moles in pectore constet:
Haud ita vitam agerent, ut nunc plerumque videmus:
Quid sibi quisque velit, nescire, & quærere semper,
Commutare locum, quasi onus deponere possit.
Exit sæpe foras magnis ex ædibus ille,
Esse domi quem pertæsum 'st, subitóque revertit:
Quippe foris nihilo meliùs qui sentiat esse.
Currit agens mannos ad villam hic præcipitanter,
Auxilium tectis quasi ferre ardentibus instans:
Oscitat extemplo, tetigit cum limina villæ:
Aut abit in somnum gravis, atque oblivia quærit,
Aut etiam properans urbem petit, atque revisit.

Hoc se quisque modo fugit: at, quem scilicet, ut fit,
Effugere haud potis est, ingratis hæret, & angit,
Propterea, morbi quia causam non tenet æger;

Quam

ce to look below on Humankind,
in the Maze of Life, and blind:
n Fools ambitiouſly contend,
nd Pow'r; their laſt Endeavours bend
e each other, waſte their Time and Health
f Honour, and purſuit of Wealth.— *Dryden.*
s Children are ſurpriz'd with Dread,
le in the dark: ſo riper Years,
